

ibi agatur &c. Ita deinceps de Synodo, de Administratione Sacramentorum, de Quadragesima, et Poenitentium reconciliatione, donec *col. 6.* tota Collectio in *Poenitentiale* evadat, cujus Canon ultimus: *Qui alterius uxorem fricauerit. III. annis peniteat.* Vetustam admodum esse Collectionem isthanc, omnia suadent, neque in editis, quas pervolvi, eam reperi.

III. fol. 6. *De Conjugatis. Et Viduis.* Exponitur C. VII. *Epistolae I. ad Corinth.* hoc initio: *Loquitur apostolus paulus corinthiis. Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat &c. Que sententia sic est intelligenda. Eo tempore quo in penitencia non estis in invicem dormite si unus ex duobus ita questerit &c.*

IV. fol. eod. p. 2. *Erafa* inscriptio. Sed est *Adbortatio*, primo ad non admittendos in morbis corporis *Sortilegos, filasteria* et *caracteres* aegris adpendentes, dein contra fraudes in vendendo, irreverentiam in templis, et neglectum Filiolorum in Baptismo susceptorum. Initium: *Fratres*

*Rex sedet in cena turba cinctus duodena
Se tenet in manibus se cibatur ipse cibis.*

Sequuntur Versus illi ἀνεοιχοί, *Regis adire sacre &c.* quorum primae Literae nomen *Radbertus Levita* conficiunt; desunt vero cetera, quae in edit. *Marteniana* T. IX. *Collect. ampl. Monum.* p. 373. praecedunt. Prologus est ad *Placidum*, quod Editores *Hist.*

Quamvis bona sit sanitas corporis multum melior est sanitas mentis &c. Similia in *Caesarii* et in *Augustino* suppositis *Sermonibus.* Ad calcem rubro: *Finit de canonibus.*

V. fol. 6. p. 2. *Incipit de Vitis Patrum.* Initium: *Quidam requisivit abbatem isaac dicens. Abba quare te demones tantum timeant? &c.* Sunt Excerpta de Abb. *Machariis* duobus, *Sisoi*, *Apollonio* et *Mucio*, maxime e II. et III. Libb. *Rufini*, ut sunt in edit. *Herib. Rosweydi Antverp.* 1628. f.

Hispanicae quaedam voces fol. 4. adscriptae vero simile faciunt Membranas has ex ea Regione adlatas olim fuisse.

CCLXXX. VI. 28

Codex chartaceus lat. Sec. ⁵⁴² primum XV. dein XVI. Folior. perscriptorum 98. 4. continet: I. *Paschastii Radberti* Abb. *Corbejens.* Scriptoris Sec. IX. Librum *de Corpore et Sanguine Domini* praemisso hoc Disticho:

liter. Franciae T. V. p. 294. *Warini* Abb. *Novae Corbejae* agnomen fuisse tradunt. Textus divisus nobis in *Capita* XXIII. ibi definit: *ad illa resurrectionis gaudia quantocius venire valeamus.* Confer etiam *Codd.* in *Indice* notatos.

II. fol. 37. incipiunt *Αυτογραφα* varia *Friderici Nauseae* Theologi Catholici tempore *Ferdinandi I.* Imp. percelebris et *Joh. Fabri* *συμπαχς*, inque Episcopatu *Vien.* successoris, quam sedem a. 1552. *Tridenti* in Concilio agens morte deseruit. Ea ordine, quo scripta sunt, percurremus. Sermo inscriptus: *In die Assumptionis sacrosanctę Theotokos Virginis Marie Anno 1529.* Thema: *Salve regina misericordię, vita, dulcedo &c.* Notata in illud *Job.* 3. *Sic deus dilexit mundum &c.* Et in illud *Luc.* 1. *Sicut locutus est ad patres nostros &c.* Sermo. *In festo Diuę Magnę Spectator dominam coeli terreque saluta*
Et dic vt dixit nuncius almus Aue. &c.

Distichis his non infelicibus succedit Epistola: *Fridericus Groen* (en patrium Viri nomen propriae ejus manu scriptum a germanico *Grauen* et dialecto *Sax.* infer. *Grouwen*, unde adfectione *Eru-* ditorum ejus aevi in *Nauseam* migravit) *Imperialis insignisque* *Ecclesię Spirensis concionator* honorabili suoque charissimo domino *Remigio Buchlerio illustris principis philippi Marchionis Badensis Sa-*

daleng. 1530. In illud: *Non veni vocare iustos &c. Luc. 5.* Expositio *Cap. 6. Epist. ad Rom.* a verbis: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore,* usque ad finem. Praenotatum: *dominica 7^o post penthecosten.* Sermo imperfectus: *In Natiuitate Virginis gloriosissime deipare Marię.* Homiliae V. de vera Christiani Hominis Institutione. Prae-eunt: *Pro domino Remigio Buchlerio ecclesię collegiatę in Baden Canonico admodum Venerabili. Ad Christi Seruatoris nostri Genitricis huiusque elucubrationcule Amatorum sincerum* Disticha 8. quorum initium:

cellano S. D. Incipit: Optaueras nuper — ex me doctrinam non ex Aegypto Siriaue sed ex ipso admigratam celo, legem videlicet christi admirabile philosophię genus &c. Itaque mittit illi manu sua hos *Sermones e suggesto Spirensis Ecclesię iam diuulgatos. Ex Nemeti ipsis idibus Augusti 1529.* Homiliis adnexum est: *Ad Christum nostre Salutis Autorem Hebraestichon, quod referam:*

*Qui sensus et corda dedit: cui conuenit uni
 Facuram seruire suam: cui iure perenni
 Arcibus aethereis vna est cum patre potestas:
 Par splendor: communis apex: sociale cacumen:
 Aequus honor: virtus eadem: sine tempore regnum:
 Semper principium: sceptrum iuge: gloria consors:
 Tum sui*

Tum demum ad *Remigium* suum redit, postque alia rogat: *Mu-
tuiter Tui Friderici sis amans. Errores corrige obsecro si quos ob
scripturę meę et stili ineptias in-
tercalatos repereris.* Tractatus Po-
lemicus de diversis Nominibus
Corporis Christi in Sacramento.
In illud *Pf. VIII. Domine domi-
nus noster quam admirabile est no-
men tuum in uniuersa terra.* Post
XIV. *Nomenclaturam* abrumpi-
tur. Notata in locum *Pauli ad
Rom. III. Arbitramur enim iustifi-
cari hominem per fidem &c.* De-
nique Fragmentum Sermonis de
Purificatione B. V. et de *S. Mar-
tino.* Nihil hic Enumeratorum
tangit laboriosissimus Antistes no-
ster in *Catalogo Lucubrationum*
suarum, qui *Epistolis* ad Ipsum
datis adhaeret, *Basileae 1550.*

*Accipe sancte Pater Otgari summe Sacerdos
Librum quem dudum mente dedi et calamo
Qui laudem Christi resonat Crucis ardua facta
Munere quae Christi dona beata dedit
Destruxit mortem vitam concesserat almam
Et genus humanum reddidit artifici
Hoc opus ergo tuus Decessor semper amandus
Expetit Haistolfus cui quoque hoc dederam
Sed quia hic claustra superavit carnis ovando
Et vultum Christi cernere semper amat
Tu modo suscipias teneas ac rite fruaris
Artificem uilem rite tuendo prece.*

Fol. seq. averso rudi pictura ex-
pressus est fortasse hic ipse *Otga-
rius* Archiep. Moguntinus *Hraba-
ni* praecessor cultu pontificio se-
dens, dextraque bene precans
Hrabano sibi librum offerenti, cu-
jus humero manum imponit pone

fol. 475. f. Non inutilia tamen
forent ei, qui de Actis et Scrip-
tis Viri pro merito tandem trac-
tare vellet, ad quam rem non
spernendam *συμβολην* paravi in
Historia Typogr. Viennensi.

CCLXXXI. VIII. A. 5

Codex membraneus lat. Sec. 39
IX. Folior. 48. f. max. probe
scriptus et bene conservatus ex-
hibet *Magnentii Hrabani Mauri*
Monachi primum Fuldenfis, dein
Moguntini Archiepiscopi a. 856.
4. Febr. humanis exemti *Libros
II. de Laudibus Sanctae Crucis.*
Initium facit *fol. 1. pag. aversa*
sequens Hexastichon, quod in
nullis haecenus Operis hujus edi-
tionibus legitur, litera quadrata
scriptum:

adstans cano capite *Albinus* five
Alcuinus Hrabani magister. Ca-
pitibus illorum manus paullo re-
centior inscripsit: *Otgarius epi-
scopus maguntinus. Rabanus mau-
rus. Albinus abbas.* Picturam ex-
cipit elegiaca *Intercessio Albini
pro*